

LES ECHOS DE SAINT-MAURICE

Edition numérique

Georges REVAZ

Les Chanoines Réguliers de S.
Augustin réunis en Confédération :

Documents :

I : Bref de sa Sainteté, 4 mai 1959,

II : Lettre apostolique 25 mai

1959, III : Séance académique 25

mai 1959, IV : Audience

pontificale 26 mai 1959

Dans *Echos de Saint-Maurice*, 1959, numéro spécial, p. 11-36

© Abbaye de Saint-Maurice 2012

DOCUMENTS

I

Bref de Sa Sainteté

4 mai 1959

JOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam

« Caritatis unitas » et « communiter vivendi societas » a Sancto Augustino, praeclaro Ecclesiae lumine, clericis in monasterio constitutis impense mandantur¹ ; qui de ejusmodi sanctitatis proposito haec etiam, quo est ingenio blandissimo, dicit : « Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum... Ista enim verba Psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres qui habitare in unum concupierunt ; iste versus fuit tuba ipsorum, et qui divisi erant congregati sunt². » Hujus autem animorum conjunctionis, hujus communis vitae instituti Sanctus ille Praesul non solum magister fuit sed etiam

1 Serm. 356, P L, 39, 1577 ; cf. Serm. 355, *ibid.*, 1573.

2 *Enarr. in Ps. 132 ; P L, 36, 1729.*

effector, exemplum relinquens, in quod nullo non tempore filii ejus universi respicerent. Qui clerici seu canonici, ideo degentes in coenobiis, ut, quod sibi imprimis esset propositum, cultus scilicet sollemnis in templis, quibus forent addicti, et cura animarum, perficerent sanctius, post varias vicissitudines rerum, permagnis aucti sunt incrementis, maxime postquam Synodus Lateranensis, anno MLVIII celebrata, ad austeriorem formam eos redegit. Novo igitur praediti vigore, in eam excreverunt religiosam familiam, quae Ordo Canoniorum Regularium Sancti Augustini est dicta pluriumque virorum sanctimonia, doctrina, meritis in plebem Dei non paulum commendata. In qua multae temporum successu constitutae sunt sodalitates, suis quidem legibus viventes, sed unius comprehensae Ordinis nomine. Quarum nonnullae, Augustiniana incensae caritate, non omiserunt olim quominus majore necessitudine sese attingerent ope confraternitatum et aggregationum, quibus inter se quodam modo continerentur pietatis et amicitiae vinculis. Nunc vero Congregationes, quae, post calamitates atque detrimenta, injuria temporum familiae huic religiosae inflicta, superstites sunt eundemque efficiunt Ordinem, mutatis rerum adjunctis novisque impellentibus necessitatibus in Sancta Ecclesia, in veram Confoederationem coalescere optant, ut inter se artius caritatis nexu conjungantur, vires totius augeant Ordinis ac mutuam praebeant sibi adjumentum, praesertim quod ad rem spiritualem, juvenum institutionem humanitatisque pertinet cultum. Nec aptiorem occasionem ad hoc peragendum propositum possunt nancisci quam revolutum saeculum nonum ex quo vetus institutum canonicorum, a Synodo Lateranensi praedicta salubri confirmatum disciplina, quasi nova veris tempore effloruit. Sedes autem Apostolica, de religiosorum sodalium sollicita profectu, foederibus inter monasteria et Congregationes, quae sui sunt juris, libentissime favet eaque suadet et promovet, cum sit usu compertum ex hujusmodi consociationibus fructus oriri nec paucos nec leves, hac praesertim aetate, qua vita religiosa prudenter accommodanda esse videtur novis conditionibus rerum. Merito ergo Pius PP. XII, Decessor Noster imm. mem., ad Monachos Sancti Benedicti faciens

verba, in hanc est locutus sententiam : « Nunc temporis eundi et redeundi expeditior copia, ad operum consortionem passim proclivior voluntas, copiosior scientiae, consilii, navitatis supellex, qua sacerdotes, missionales quoque, indigent, ut quam exspectationem sui fecerint, compleant, poscunt foedera, unitatem exigunt³. »

Itaque ejusdem Canonici Ordinis Congregationes seu Sodalitates Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, Canonico-regularium Sancti Augustini Lateranensium Austriaca, Sanctorum Nicolai et Bernardi Montis Jovis et Helvetica a Sancto Mauritio Agaunensi, re in cujusque Capitulis seu Consiliis expensa et habita rata, per dilectum filium Carolum Egger, Abbatem et Procuratorem Generalem, preces Nobis adhibuerunt submissas, ut Confoederationem, seu Foedus caritatis, inter se et, quibus inmineretur, principia, auctoritate Nostra benigne probaremus. Nos vero, Canonicos Regulares Sancti Augustini paterno complectentes amore, libenter votis hujusmodi obsecundare statuimus ; ac fore confidimus, ut, quoniam veterum sapientia docet res parvas, nedum majores, concordia crescere, haec Ordinis Canonici Sodalitatum conjunctio non solum ejus decori et incremento conducatur, sed etiam fructuum, quos efferet, copia in Ecclesiae hominumque societatis commodum, Dei aspirante numine, vertatur. Quapropter, e Sacrae Congregationis negotiis Religiosorum Sodalium praepositae consulto, certa sciencia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Confoederationem, seu Foedus caritatis, Congregationum vel Sodalitatum Ordinis Canonico-regularium Sancti Augustini approbamus et confirmamus eique Apostolicae sanctionis robur adicimus. Praeterea eadem auctoritate Nostra approbamus confirmamusque principia, quibus eadem Confoederatio regatur, juxta exemplum, quod in tabulario Sacri Consilii negotiis Religiosorum Sodalium praepositi asservatur quodque hujus est tenoris :

« I — Uniuscujusque Congregationis foederatae autonomia seu propriis legibus vivendi potestas integra

³ *Acta Ap. Sed.*, 1947, 39, p. 455.

servatur. II — Creatur Abbas Primas Ordinis Canoniorum Regularium Sancti Augustini, qui per vices asciscitur e singulis Congregationibus foederatis eo ordine, quo in " Anuario Pontificio " recensentur, ita tamen ut ordo Abbatem Primatem e singulis Sodalitatibus constituendi a Congregatione Helvetica a Sancto Mauritio Agaunensi incipiat. Abbas Primas, ut talis, obtinet primatum honoris et locum principem in toto Ordine foederato. Sexenne est Abbatis Primatis officium, qui Canonicum Regularem e quavis Congregatione foederata Procuratorem Generalem ad tempus proprii muneris in officio duraturum, nominet, ut suam apud Romanam Curiam personam agat. Abbatis Primatis est Conventus Ordinis Canoniorum Regularium Sancti Augustini ex omnibus nationibus singulis trienniis convocare iisque moderari. Quibus in Conventibus agetur de re spirituali, institutione juvenum et aliis negotiis, quae omnium intersint. III — In tota Confoederatione viget participatio omnium precum et bonorum operum, quae a sodalibus patriari contingit. IV — Unaquaeque Congregatio foederata certa Missarum suffragia persolvat ad animas sodalium e Confoederatione mortuorum expiandas. V — Omnes Congregationes foederatae unum et commune habebunt Proprium Sanctorum et Beatorum Ordinis, cui officia peculiaria, singulis Congregationibus propria, adiciuntur. VI — Congregationes foederatae unicum Cardinalem Protectorem habebunt, quem communi consensu a Sede Apostolica postulaverint. »

Hisce principiis innixa Statuta peculiaria hujus Confoederationis postea erunt perscribenda et eidem Apostolicae Sedi proponenda. Cum denique juxta principia, quae probavimus, Confoederationi Sodalitatum Ordinis Canonici istius praeficiendus sit Abbas Primas, hac prima vice auctoritate Nostra Primatem eligimus et constituimus Venerabilem Fratrem Ludovicum Severinum Haller, Episcopum titulo Bethleemitanum et Abbatem Sancti Mauriti Agaunensis, sex annos in hoc munere duraturum, quo elapso tempore in ejus locum, secundum Statuta approbanda, succedat Abbas Primas e Congregatione Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, ac deinceps suo ordine e reliquis Congregationibus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus,

statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces jugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite judicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate quolibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Maji, in festo Sanctae Monicae, anno MDCCCCLVIII, Pontificatus Nostri primo.

*D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis.*

JEAN XXIII, PAPE

Pour perpétuelle mémoire

« Le lien de la charité et la communauté de vie », voilà ce que saint Augustin, lumière illustre de l'Eglise, recommande instamment aux clercs de monastère. A propos de ce mode de sainteté, il dit encore, avec cet air aimable qui est le sien : « Voyez ! qu'il est bon, qu'il est doux d'habiter en frères tous ensemble !... Ces paroles du psalmiste, cette suave mélodie, aussi douce au chant qu'à l'esprit, a donné naissance aux monastères. A cette voix se sont levés ceux dont tout le désir était de vivre ensemble ; ce fut leur signal, et ceux qui étaient dispersés se sont rassemblés. » De ce lien spirituel, de cette vie commune, le saint évêque fut non seulement le maître, mais encore le réalisateur, laissant à jamais un exemple aux yeux de tous ses fils. Ces clercs ou chanoines vivaient en communauté pour accomplir sainement leur première tâche : la splendeur du culte liturgique dans leurs églises et le souci des âmes. A travers bien des vicissitudes, ils connurent une magnifique floraison, surtout après le Synode du Latran (1059) qui les

ramena à une plus stricte observance. Ce nouveau regain de vie s'épanouit en une famille religieuse appelée Ordre des Chanoines Réguliers de Saint Augustin, qui se recommanda grandement par la sainteté de ses membres, leur enseignement et les services rendus au peuple fidèle. Cet Ordre vit s'établir dans la suite maintes familles religieuses, régies par leurs propres lois mais sous un seul et même nom. Plusieurs d'entre elles, brûlées du même amour que saint Augustin, ne manquèrent pas de s'unir plus étroitement par le moyen de Congrégations et de Confraternités, se tenant ainsi par les liens d'une tendre affection.

Les Congrégations qui, après les heurs et malheurs infligés par l'injure des temps, sont toujours existantes et constituent encore le même Ordre, poussées par l'évolution et les nouveaux besoins de la Sainte Eglise, souhaitent se rassembler en véritable Confédération. Elles se joindraient ainsi plus étroitement par le nœud de la charité, augmenteraient la force de l'Ordre tout entier et se prêteraient aide et secours dans le domaine spirituel, en particulier pour la formation des jeunes et leur culture. Pour la réalisation d'un tel projet, quelle meilleure occasion que le neuvième centenaire du Synode du Latran ? C'est en effet lui qui, après avoir affermi par une discipline salutaire la vénérable institution des Chanoines, la vit fleurir dans la chaleur d'un nouveau printemps. Or le Saint-Siège, soucieux du progrès des familles religieuses, se plaît à encourager, à favoriser et à promouvoir l'union des Monastères et des Congrégations qui relèvent de lui. L'expérience prouve en effet que de telles associations ne portent pas peu de fruits, surtout à notre époque où il semble bien que la vie religieuse doive s'accommoder aux nouvelles conditions. C'est donc à juste titre que Pie XII, notre Prédécesseur d'immortelle mémoire, dans une allocution aux moines de saint Benoît, s'exprimait ainsi : « Notre époque éprouve un besoin particulier de fédération et d'unité : les voyages deviennent plus faciles et plus nécessaires ; la volonté de collaboration s'accroît un peu partout ; les instruments du savoir, les possibilités d'échanges culturels et les moyens d'entraide se multiplient, sans que les prêtres et les missionnaires puissent eux-mêmes y renoncer, s'ils ne veulent pas tromper les espérances que suscite leur vocation. »

C'est pourquoi les Congrégations ou Familles de cet Ordre : les Chanoines Réguliers du Saint-Sauveur du Latran, les

Chanoines Réguliers latérans de saint Augustin en Autriche, ceux des Saints Nicolas et Bernard du Mont-Joux, et la Congrégation Helvétique de Saint-Maurice d'Agaune, ont examiné et ratifié la chose dans leurs Chapitres ou Conseils respectifs. Par l'entremise de notre très cher fils Charles Egger, Abbé et Procureur Général, elles ont soumis à notre bienveillante approbation leur Confédération ou Union de Charité et ses principes de base. Pour Nous, dans la dilection paternelle que Nous portons aux Chanoines Réguliers de saint Augustin, c'est de grand cœur que Nous favorisons ce souhait ; et puisque la sagesse des anciens nous apprend que la concorde donne croissance aux petites choses et plus encore aux grandes, nous ne doutons pas que cette union des Familles de l'Ordre Canonial en reçoive non seulement beauté et croissance, mais qu'avec la grâce de Dieu l'abondance de ses fruits tournera au profit de l'Eglise et de la société. C'est pourquoi, sur l'avis de la Congrégation des Religieux, en pleine connaissance de cause et après mûre délibération, en vertu de notre pouvoir apostolique, par les présentes et à titre définitif, Nous approuvons et confirmons de notre autorité apostolique la Confédération ou l'Union de Charité des Congrégations ou Familles de l'Ordre des Chanoines Réguliers de saint Augustin. En outre, Nous approuvons et confirmons de cette même autorité les principes qui la régissent, selon l'exemplaire conservé dans les archives de la Sacrée Congrégation des Religieux. En voici la teneur :

« 1. Est maintenue intégralement l'autonomie ou faculté, pour chaque Congrégation fédérée, de vivre selon ses propres lois.

2. Est créé un Abbé Primat de l'Ordre des Chanoines Réguliers de saint Augustin, pris à tour de rôle dans chaque Congrégation fédérée, selon leur ordre dans l'Annuaire Pontifical ; on commencera cependant par la Congrégation Helvétique de Saint-Maurice d'Agaune. L'Abbé Primat, comme tel, a préséance et première place dans tout l'Ordre fédéré. La durée de ses fonctions est de six ans. Il nommera un Chanoine Régulier de n'importe quelle Congrégation comme Procureur Général pour le représenter personnellement auprès de la Curie Romaine. Il appartient à l'Abbé Primat de réunir et de présider tous les trois ans le Congrès de tous les Chanoines Réguliers de saint Augustin. Dans ce Congrès,

on traitera de sujets spirituels, de la formation des jeunes et d'autres questions d'intérêt général.

3. Toute la Confédération participe aux prières et bonnes œuvres de tous.

4. Chaque Congrégation fédérée célébrera avec exactitude un certain nombre de messes pour le repos des confrères défunts de toute la Confédération.

5. Toutes les Congrégations fédérées auront un seul et même Propre des Saints et Bienheureux de l'Ordre ; chaque Congrégation y ajoutera cependant ses offices particuliers.

6. Les Congrégations fédérées auront un Cardinal Protecteur unique, qu'elles demanderont d'un commun accord au Saint-Siège.»

Sur la base de ces principes, seront rédigés par la suite et soumis à l'approbation du Saint-Siège les Statuts particuliers de cette Confédération.

En vertu de ces principes, qui ont reçu notre approbation, un Abbé Primat doit présider à la Confédération des Familles de l'Ordre Canonial : de par notre autorité, nous créons et nommons comme premier Primat notre Vénérable Frère Louis Séverin Haller, Evêque titulaire de Bethléem et Abbé de Saint-Maurice d'Agaune. Son mandat durera six ans ; après cette période, selon les statuts qui seront soumis à notre approbation, lui succédera un Abbé Primat de la Congrégation du Saint-Sauveur du Latran, et ensuite des autres Congrégations de l'Ordre Canonial selon l'ordre convenu. Aucune loi contraire, quelle qu'elle soit, ne peut s'opposer aux présentes dispositions.

Tel est notre jugement, telle notre décision en ce décret : les présentes Lettres sont et demeurent pour toujours fermes, valides et efficaces ; elles ont et retiennent la plénitude et l'intégrité de leurs effets ; pour ceux qu'elles concernent et pourront concerner, maintenant et à l'avenir, elles ont pleine valeur ; le droit, le juge et le définit ainsi, et désormais est nul et vain tout ce qui pourra être attenté de contraire aux présentes, par qui que ce soit, quelque autorité qu'il ait, à bon escient ou par ignorance.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 4 mai, en la fête de sainte Monique, l'an 1959, premier de Notre Pontificat.

D.

Cardinal TARDINI

Secrétaire d'Etat

Traduction par André RAPPAZ et Joseph VOGEL

II

Lettre apostolique

25 mai 1959

Venerabili Fratri

LUDOVICO SEVERINO HALLER

Episcopo titulo Bethleemitano

Ordinis Canonorum Regularium S. Augustini

Abbati Primati

JOANNES PP. XXIII

*Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Canonici Ordinis consociatos amore, Te, Venerabilis Frater, Abbates Generales Congregationum eiusdem ceterosque praepositos et sodales novimus alacri teneri studio noni impleti saeculi celebrandi a Synodo Lateranensi coacta, quae summum obtinet momentum in memoria rerum gestarum vestri instituti. Cuius quidem initia praesertim a S. Augustino, Episcopo Hipponensi, repetitis, secundum quem monasterii ab ipso constituti « clericus duas res professus est, et sanctitatem et clericatum... professus est communiter vivendi societatem, professus est : quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum »¹ ; atque adeo priscis iam temporibus effecistis, ut clericorum munus coniungeretur cum coenobii disciplina.

¹ Sermo 355, P L, 39, 1573.



Venerabili Fratri
Ludovico Severino Haller
Episcopo titulo Bethleemitano
Ordinis Canoniorum Regularium S. Augustini
Abbati Primati

Joannes P P. XXIII

Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam Benedictionem.

Canonici Ordinis consoociatos amore. Ecce, Venerabilis o
Frater, Abbates Generales Congregationum eiusdem ceteros-
que praepositos et sodales novimus alacri tenore studio noni
impleri saeculi celebrandi a Synodo Lateranensi coacta, quae
summum obtinet momentum in memoria rerum gestarum
vestri instituti. Cuius quidem initia praecedunt a S. Au-
gustino, Episcopo Sipontensi, repetitis, secundum quem mona-

Huiusmodi servantes vivendi rationem, sodales, qui deinde canonici sunt appellati, ab aliis sacrorum Antistibus sanctisque viris aucti sunt atque ornati. Quodsi temporum successu vigor eorum remisit, providens tamen Deus saeculo XI spiritus in Ecclesia sua excitavit, quibus ducti Romani Pontifices alique viri sanctimonia illustres institutum canonicorum coenobitarum ad pristinum revocarunt splendorem novasque ei vires indidere. Quod maxime factum est a Synodo Lateranensi praedicta, verno tempore anni MLVIII celebrata, in qua, Nicolao II, Decessore Nostro, praeside, et Hildebrando, qui postea ad Petrianum Solium evectus Gregorius VII est nuncupatus, propugnatore, iisdem canonicis austerior vitae ratio iniuncta fuit, ut e verbis decreti ab illo Episcoporum coetu lati patefit : « Et praecipientes statuimus, ut... iuxta ecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducant et dormiant, et quidquid eis ab ecclesiis venit, communiter habeant. Et rogantes monemus ut ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere pervenire studeant² ». Tam salutaribus praeceptis, postea iterum editis, confirmatus, Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini, qui post illud fere tempus vocatus est, invaluit plurimum et, quod ad pietatem, populi christiani profectum, doctrinam attinet, laetam messuit fructuum copiam.

Dum igitur consilium novies saecularem memoriam illius Synodi sollemniter agendi probamus, gratum est Nobis, quod in animum induxistis hac oblata occasione Confoederationem sodalitatum Ordinis vestri publice inire. Huiusmodi enim foederibus, a mutua profectis caritate, Apostolica Sedes plurimum tribuit, hac praesertim aetate, quae, cum Ecclesiae necessitates immensum increverint, sociam eius ministrorum postulat operam.

In tam fausta vero celebratione non solum praeteritum tempus respicere vos oportet, sed praesens etiam intueri ac providere futurum. Hoc in pectoribus figite Ordinem vestrum imprimis vocari ad liturgiae thesauros plebi Dei diligentissime impertiendos, ad animarum

2 J. D. Mansi, Ampl. Coll. 19, 898.

curam gerendam sanctissime, ad studia, quibus Ecclesiae decus accrescat et commodum, omni cum sollertia exercenda. Nostis autem ad religiosam perfectionem dedita opera vobis esse contendendum, ut munera vobis praestituta frugifere obire possitis. Refulgeat igitur in vobis vitae communis ratio, quam S. Augustinus verbo docuit et vita, eluceat ea integritas, qua non solum quaevis licentia sed etiam cogitandi agendique modus saeculo proprius a monasterii saeptis prorsus arceantur; vigeat oboedientia, qua moderatoribus ut Christo ipsi pareatis; atque adeo haec verba S. Laurentii Justiniani, qui vestri instituti est lumen, in animos demittite: « Non enim de titulo professionis, nec de dignitatis fastigio, neque de sanctitatis imagine, sed de mandatorum observantia, de oboedientia regulae, de perfectione virtutum, de cordis munditia, de actione laudabili, de ministerio pietatis et de gratiarum Deo exhibita solutione ante tribunal aeterni Iudicis cuique religioso et ecclesiastico viro interrogatio fiet³ ».

Imprimis vero caritatem, quae ex Augustiniana disciplina peculiare Ordinis vestri oportet sit ornamentum atque praesidium, omni sectamini ope. Absint dissensiones, et, quidquid obstat, quominus sodalium conglutinentur voluntates, longissime a monasteriis vestris prohibeatur. Eundem S. Laurentium Justiniani monentem audite: « Extraneus enim a grege Dominico censendus est, qui fraterna nudatus est caritate⁴ ». Sed, « ubi unitas, ubi proximorum compassio, ibi prorsus compago membrorum, ibi Dei diffusa est caritas⁵ ».

Quae omnia ut e sententia cedant, Apostolicam Benedictionem, divini auxilii auspicem Nostraeque benevolentiae testem, Tibi, Venerabilis Frater, omnibusque Ordinis istius sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Roma, apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Maii, in festo S. Gregorii PP. VII, anno MDCCCCLVIII, Pontificatus Nostri primo.

JOANNES PP. XXIII

3 Lib. de oboedientia, 19.

4 De spirituali et casto verbi animaeque conubio, 18.

5 Ibid.

A notre Vénérable Frère
LOUIS-SEVERIN HALLER
Evêque titulaire de Bethléem
Abbé Primat
de l'Ordre des Chanoines réguliers de S. Augustin

JEAN XXIII PAPE

*Vénérable Frère
salut et Bénédiction apostolique.*

Vous que réunit l'amour de l'Ordre canonial ; Vous, Vénérable Frère, les Abbés généraux de ses Congrégations comme ses Prévôts et tous ses religieux, Nous avons appris avec quel zèle vous désiriez célébrer le neuvième centenaire du Synode du Latran qui tient une si grande place dans l'histoire de votre institution. Vous revenez à l'initiative de saint Augustin surtout, l'Evêque d'Hippone, selon qui, dans le monastère qu'il venait de fonder, « le clerc professait deux choses : la sainteté et la cléricature... il professait la société de la vie commune ; il confessait quel bonheur, quelle joie il y a, pour des frères, à habiter ensemble » ; aussi, dès les temps anciens, vous avez voulu joindre à la charge de clerc la discipline conventuelle.

L'influence d'autres Evêques et de saints personnages fit le nombre et la gloire de ceux qu'associait une même règle de vie et que plus tard on appela chanoines. Si le cours des temps relâcha leur vigueur, la divine Providence anima au XI^e siècle dans son Eglise plusieurs courants spirituels qui conduisirent les Pontifes romains et des hommes d'une sainteté éminente à infuser des forces neuves à l'institution des chanoines conventuels pour la restituer à sa première splendeur. Ce fut la tâche notamment du Synode du Latran qui se tint au printemps de 1059. Par l'autorité de notre Pré-décesseur Nicolas II et sur l'initiative d'Hildebrand (celui qui plus tard élevé au Siège de Pierre s'appela Grégoire VII), une règle de vie plus austère fut intimée aux chanoines, ainsi

que le manifestent les termes du décret porté par la même assemblée épiscopale : « Nous établissons et ordonnons que... dans les annexes des églises auxquelles ils sont affectés, ils aient réfectoire et dortoir communs comme il convient à des clercs religieux ; et qu'ils mettent en commun tout ce qui leur viendra du service de l'église. Nous les prions et les exhortons qu'ils cherchent de tout leur pouvoir à atteindre l'idéal de la vie apostolique qui est la vie commune ». De tels préceptes salutaires, renouvelés par la suite, fortifièrent l'Ordre qu'on se prit à appeler peu après des Chanoines Réguliers de saint Augustin : il atteignit à la plénitude, portant une moisson nourrie, abondante, dans le peuple chrétien, de piété, de progrès, de doctrine.

En même temps que Nous approuvons votre décision de célébrer solennellement le souvenir neuf fois séculaire de cet important Synode, Nous tenons pour agréable à Notre Personne votre volonté de grouper, à cette occasion, en une Confédération officielle, les diverses familles de votre Ordre. Le Siècle Apostolique donne la plus grande importance à ces pactes qu'engendre une charité mutuelle ; car notre époque où les besoins de l'Eglise ont crû à l'extrême, exige de ses ministres un travail d'entente.

Que ces fêtes si prometteuses ne vous fassent pas seulement tourner vos regards vers le passé ; mais considérez le présent et prévoyez l'avenir. Mettez-vous bien dans le cœur que votre Ordre est d'abord appelé à communiquer en toute diligence les trésors de la liturgie au peuple de Dieu ; à s'occuper saintement des âmes ; à exercer avec compétence les sciences qui grandissent l'honneur et le bien de l'Eglise. Mais vous savez aussi que pour accomplir avec fruit la charge qui vous est confiée, vous devez tendre avec un soin réfléchi à la perfection religieuse. Que rayonne entre vous ce principe de la vie commune que la parole et la vie de saint Augustin vous ont enseigné ; que brille l'intégrité religieuse qui bannisse du monastère le relâchement, certes, mais toute manière de sentir et d'agir propre au monde ; soit forte l'obéissance qui vous soumettra à vos supérieurs comme au Christ. Aussi gardez présentes à l'esprit ces paroles de saint Laurent Giustiniani, une des lumières de votre institution : « Ce n'est pas sur le titre extérieur de la profession, ni sur la grandeur de la dignité, ni sur une rumeur

de sainteté ; mais c'est sur l'observation des commandements, l'obéissance à la règle, la perfection des vertus, la pureté du cœur, l'action édifiante, le service de la piété et le compte des grâces reçues de Dieu, que le tribunal du Juge éternel enquêtera pour tout homme religieux qui est en même temps d'Eglise ».

Avant toutes choses, pratiquez la charité : l'enseignement de saint Augustin doit en faire l'ornement singulier et la sauvegarde de votre Ordre. Evitez les dissensions ; écarterz au plus loin de vos monastères tout obstacle à la volonté d'intime adhésion de vos membres. Entendez cet avertissement du même saint Laurent : « Tenez pour étranger au bercail du Seigneur l'homme sans amour fraternel ! ». Car « où est l'unité, où la tendresse envers le prochain, là vraiment existe l'unité organique du corps, là se trouve répandu l'amour de Dieu ».

Pour que tout arrive selon vos pieux désirs, c'est dans l'amour profond du Seigneur que Nous vous accordons, à Vous, Vénérable Frère, comme à tous les religieux de votre Ordre, la Bénédiction Apostolique, gage de secours divin, témoignage de Notre Bienveillance.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 25 mai, en la fête du Pape saint Grégoire VII, l'an 1959, de Notre Pontificat le premier.

JEAN XXIII, PAPE

Traduction par Norbert VIATTE

III

Séance académique

25 mai 1959

Allocution de Son Exc. Mgr Haller

*Eminenze,
Eccellenze,
Reverendissimi Padri Abati,
Diletti confratelli,
Signori,*

Al termine di questa tornata accademica, mi sia concesso di esprimere i ringraziamenti miei e dell'Ordine canonico a quanti, con la loro partecipazione e la loro opera hanno contribuito alla più solenne riuscita dei festeggiamenti odierni.

Un ringraziamento riverente vogliamo esprimere agli Eminentissimi Cardinali che con la loro partecipazione sia alla cerimonia di questa mattina nella Patriarcale Basilica Lateranense, sia a questa riunione, hanno voluto conferire una particolare solennità alla nostra celebrazione centenaria.

Porgo un altrettanto sentito ringraziamento agli Eccellentissimi Vescovi, Reverendissimi Abati, Prelati e Sacerdoti, nonchè agli eletti esponenti del laicato cattolico che, con la loro presenza, dimostrano il loro interesse e la loro simpatia per il nostro Ordine. Infine, ringrazio coloro che, con tanta cura, hanno preparato ed organizzato le cerimonie odierne assicurandone una così felice riuscita.

Ma soprattutto, al termine di una giornata che segna una data di particolare importanza per la storia dello Ordine, sento il bisogno di esprimere la profonda gratitudine e l'assicurazione della filiale, assoluta devozione dei Canonici regolari verso il Sommo Pontefice Giovanni XXIII, il quale, sancendo con l'apostolica Sua

autorità la Confederazione delle quattro Congregazioni dei Canonici Regolari di Sant'Agostino, associa l'augusto Suo nome a quello dei Sommi Pontefici che, nel corso dei secoli, hanno rivolte la loro cura particolare alla legislazione, alla struttura organizzativa dell'Ordine, alla vita religiosa e al ministero sacerdotale dei Canonici, così da rendere l'Ordine stesso, nel corso dei secoli, una forza viva ed operante nella Chiesa.

Iniziando il decimo secolo della sua vita, l'Ordine canonico non poteva essere più altamente ed efficacemente confortato di quanto lo sia dal Sommo Pontefice, il Quale si è degnato di consegnare nel Breve apostolico con il quale si attua la Confederazione delle diverse Congregazioni dei Canonici regolari, e in una Lettera Apostolica il paterno incoraggiamento e gli ammonimenti necessari per proseguire nel nostro apostolato con entusiasmo ed energie rinnovate.

E' un dono, invero, prezioso, quello che, nella Sua bontà, il Santo Padre ci ha fatto con il Suo Breve. Ricordandoci come il canonico regolare « *duas res professus est, et sanctitatem et clericatum* », Egli ci offre in una mirabile sintesi quello che è lo spirito della Regola di Sant'Agostino da noi professata : di quella Regola che inculca ai canonici « *ut unanimes habitetis in domo et sit vobis cor unum et anima una in Deo, et honorate in vobis invicem Deum, cuius templa facti estis* ».

Vivere questo precetto vuol dire porre la ricerca di Dio come scopo della nostra vita religiosa e sacerdotale ; seguire le orme di Cristo ; rendere il nostro Ordine, come storicamente lo fu di fatto, un'emanazione dell'organismo vivente della Chiesa ; garantire una perfetta analogia fra la Chiesa di Cristo e le nostre canonie, considerate come società ; improntare i reciproci rapporti fra superiori e sudditi, tra membri di una stessa Congregazione e tra quelli delle diverse Congregazioni della Confederazione, a sensi di soprannaturale amore, umile, sincero, fattivo : cioè, stabilire quel « *Foedus caritatis* » che rappresenta la ragione della Confederazione oggi inaugurata.

Per così fatta vita di unione, la dignità e l'ufficio canonico darà alla lode divina il suo pieno significato

di omaggio perfetto nelle virtù di fede e di carità ; rappresenterà, anche nelle mutate circostanze di tempi « di vita, la continuazione di quella « laus perennis », che proprio in un monastero appartenente al nostro Ordine ebbe la sua origine e il suo mirabile sviluppo. Se ne ravviserà la continuazione nello splendore del culto liturgico solenne, nelle multiformi opere del ministero pastorale e parrocchiale che, unitamente agli studi, alle missioni, all'educazione della gioventù, costituiscono lo scopo delle singole Congregazioni.

La Confederazione delle quattro Congregazioni dei Canonici regolari, con la quale l'Ordine inizia il decimo secolo della sua vita, consacra la secolare convergenza di opere e di apostolato che, nel corso dei secoli, esse hanno realizzato per la maggior gloria di Dio, mediante la santificazione dei loro membri e quella delle anime affidate alle cure dei medesimi.

Questo apostolato e queste opere rappresentano l'incomparabile patrimonio spirituale della Congregazione Lateranese, fiorita al servizio della Basilica patriarcale, cattedrale del Vescovo di Roma e madre di tutte le chiese dell'Orbe cristiano ; della Congregazione austriaca, sviluppatasi nelle sue magnifiche abbazie ; della Congregazione ospitaliera del Gran S. Bernardo, sorta tra le gioaie impervie delle Alpi per il soccorso materiale e spirituale del viandante ; della Congregazione agaunense, che ha come suo centro l'abbazia di Saint-Maurice, la più antica della Chiesa tuttora esistente, nella quale dal 515 la vita regolare non conobbe mai interruzione.

In questo patrimonio, ravvalorato dal « Foedus caritatis » che stringe le quattro Congregazioni, l'Ordine canonico trova la ragione e la forza di rendere anche più efficace la sua azione apostolica, continuando un irradiamento benefico per la società dei fedeli cristiani.

Perchè ciò sia, l'Ordine, fiducioso nell'aiuto divino, rinnova la protesta del suo attaccamento alla sacra Persona del Sommo Pontefice, e della sua completa adesione al magistero infallibile della Chiesa cattolica, apostolica, romana.

Che Iddio accolga questi voti e questi propositi.

IV

Audience pontificale

26 mai 1959

Hommage de l'Abbé-Primat à Sa Sainteté

Très Saint Père,

Je suis heureux de présenter à Votre Sainteté les Abbés, Prélats et Délégués de l'Ordre des Chanoines Réguliers de S. Augustin, réunis à Rome pour célébrer le IX^e centenaire du Synode du Latran.

Le mérite de ce Synode fut de consacrer la structure définitive de l'Ordre des Chanoines Réguliers, organisant la vie de perfection des clercs, voués désormais, comme Vous avez bien voulu le rappeler, Très Saint Père, « ad sanctitatem et ad clericatum ».

Pour commémorer dignement ce centenaire, Vous avez daigné, Très Saint Père, encourager l'union, souhaitée déjà à diverses reprises par Vos Prédécesseurs, l'union, dis-je, des quatre branches anciennes de l'Ordre et approuver le « Foedus caritatis » que nous avons inauguré solennellement, hier, dans Votre Basilique patriarcale de Saint-Jean de Latran.

Au nom de la Confédération nouvellement née, Très Saint Père, l'Abbé-Primat, que Votre Sainteté a daigné nommer Elle-même pour la première fois en ma pauvre personne, Vous exprime la profonde reconnaissance de l'Ordre des Chanoines Réguliers pour l'extrême bienveillance que Vous lui avez témoignée en lui consacrant deux Documents si paternels, et Vous assure de son plus filial et fidèle attachement, de la plus entière et affectueuse soumission à Votre auguste Personne et aux

enseignements ou directives que l'Esprit-Saint nous communiquera par Elle.

Je me permets, Très Saint Père, d'implorer Votre paternelle Bénédiction sur tout l'Ordre des Chanoines Réguliers de S. Augustin, comme gage de sa fidélité à la Sainte Eglise et à Votre auguste Personne.

DISCOURS DU SOUVERAIN PONTIFE

Fausti eventus sollemnis celebranda memoria vos, dilectissimi Nobis Canonici Regulares S. Augustini, Romam ad festos agendos conventus et hodie ad has paternas aedes, peracceptum ob pietatis obsequium, Nos visendi causa perduxit.

Nongentorum annorum conficitur spatium, ex quo Decessor Noster Nicolaus II Lateranensi Synodo, apud vos sancitis decretis perinsigni, cui ipse praefuit, religiosum Institutum vestrum in melius emendavit et novis legibus confirmavit. Inde, non dubiis indiciis favente Deo, id felicibus auctibus crevit et per catholici orbis fines operosae vitae generosos surculos fudit.

Brevi hoc sermone nolumus nec possumus laudum vestrarum annales replicare, inclitas vestras recolendo collustrare memorias. At nunc praeterire non patimur quod suaviter animum Nostrum tangit et commovet. In Venetiarum mari amota quidem et pulcherrima est insula S. Georgii in Alga, ubi olim piaie sonuerunt preces, nunc autem tantum circumstrepentibus undis altum silentium rumpitur, e qua ex sodalibus vestris duo splendida lumina orta sunt : scilicet Eugenius IV Pontifex Maximus et S. Laurentius Iustiniani, primus Venetiarum Patriarcha. Utriusque in successionis locum subivimus : quapropter uterque Noster, uterque vester, uterque Nos et vos artius devincit in Christo.

Ut Nicolai II Decessoris Nostri salutaris provisus ubertim vobis profuit, ita, iuvante Deo, adprecaationes

et hortamenta Nostra vos ad elatiora, ad puriora, ad meliora virtutis itinera prisco ardore terenda vel aggredienda propellat, in id multum conferentibus ipsis rerum adiunctis, quae hoc mense contingunt : quattuor enim Congregationum, quibus Ordo vester constat, feliciter inita foederatio promulgatur, Venerabilis Frater Ludovicus Severinus Haller, Episcopus titulo Bethleemitanus, ab Apostolica Sede Abbas Primas renunciatus est, et sodalium Congregationis Ss.mi Salvatoris Lateranensium acta sunt comitia, in quibus novus Generalis Abbas bono delectus est omine. Haec cuncta secundo et prospero exitu eveniant, et evangelicae gratiae afferat messem, quae quidem procul dubio splendida et copiosa succrescet, si genuinis spiritibus, a maioribus vestris quasi hereditate acceptis, alacrius feremini.

Facite ut eam, quam S. Augustini amplexi estis disciplinam, summo studio et mutua certatione colatis. Diligite veritatem, tenete unitatem, caritatem fovete, quae si adest, ceterae adsunt virtutes, nihil veri nominis bonorum deest. Quem ut religiosae perfectionis verticem assequamini ipsius S. Augustini hortantibus utimur verbis : « Spiritu ferventes accendimini igne caritatis : fervere faciat vos laudibus Dei et moribus optimis. Alter calidus, alter frigidus : calidus frigidum accendat ; et qui parum ardet, optet augmentum, oret adiuventum¹ ».

Vobis hic adstantibus et sodalibus vestris universis ubivis sint, caelestis tutela, spei egregiae solatium, benedictio et pax.

¹ Sermo V in diebus paschalibus, 3.

*Les vœux du Souverain Pontife Jean XXIII
à la nouvelle Fédération
des chanoines réguliers de S. Augustin*

Très aimés chanoines réguliers de S. Augustin, vous êtes venus à Rome célébrer le souvenir d'un heureux événement, et ici dans cette maison qui est la vôtre, vous nous rendez visite dans un sentiment de piété.

Voici 900 ans que notre prédécesseur Nicolas II présidait le Concile du Latran, où il réformait votre Ordre et lui donnait de nouvelles lois. Par la suite, avec la grâce de Dieu, cet Ordre grandit encore et poussa dans l'univers catholique de nouveaux rameaux pleins de généreuse vigueur.

Nous ne voulons ni ne pouvons dans ce bref discours déplier le rouleau de vos mérites et de vos gloires. Toutefois, nous ne pouvons aujourd'hui passer sous silence un souvenir qui nous touche et nous émeut. Isolée dans la lagune de Venise s'élève l'église de San-Giorgio in Alga qui retentissait jadis de prières et que seul maintenant assiège le bruit des vagues. Là se levèrent jadis deux étoiles de votre Ordre : le pape Eugène IV et le premier patriarche de Venise, S. Laurent Giustiniani. Nous avons succédé à l'un et à l'autre. Nôtres et vôtres, tous deux nous lient, vous et Nous, plus étroitement au Christ.

Les salutaires avis de notre prédécesseur Nicolas II vous furent d'un grand profit. Puisse, avec la grâce de Dieu, notre exhortation vous engager plus avant encore dans les sublimes et purs sentiers de la vertu. Les événements de ce mois sont d'un bon augure : les quatre Congrégations de

vos Ordres s'unissent en Confédération ; Notre Vénérable Frère Louis Séverin Haller, évêque titulaire de Bethléem, est nommé Abbé Primat par le Saint-Siège ; la Congrégation du Saint-Sauveur du Latran, réunie en Chapitre, élit heureusement son Abbé général. Que tout cela vous prépare une moisson de grâce évangélique ! Cette moisson ne peut manquer d'être belle et glorieuse si l'esprit de vos ancêtres vous porte.

Rivalisez de zèle dans la règle de S. Augustin que vous avez embrassée. Aimez la vérité, gardez l'unité, cultivez la charité qui renferme toutes les vertus et tous les biens.

Pour vous entraîner au sommet de la perfection, nous vous rappelons ces paroles de S. Augustin : « Que votre fervent s'enflamme du feu de la charité, que cette flamme vous consume en louange de Dieu et en vertu. Si l'un de vous est fervent et un autre tiède, que le fervent enflamme le tiède, et que celui qui est tiède souhaite d'en sortir et appelle au secours ».

A vous qui êtes ici présents et à tous les vôtres où qu'ils se trouvent, protection céleste, joie d'une grande espérance, bénédiction et paix.

Traduction par Marcel MICHELET



Photo ATP



Son Exc. Mgr Louis-Séverin Haller
Abbé de Saint-Maurice et Evêque de Bethléem
Premier Abbé-Primat
de la Confédération des Chanoines Réguliers de S. Augustin



Le Pape Jean XXIII

accueille les représentants de la Fédération canoniale.

Le Saint-Père est entouré, à sa droite, de Mgr Haller, Abbé-Primat, Evêque-Abbé de Saint-Maurice, et de Mgr Soetemans, Abbé général du Latran ; à sa gauche, de Mgr Koberger, Abbé général d'Autriche, Prévôt de Klosterneubourg ; de Mgr Lovey, Prévôt du Grand-Saint-Bernard ; de Mgr Egger, Abbé titulaire de Santa-Maria della Pace et Procureur près le Saint-Siège ; de Mgr Giner, Prévôt de Novacella (26 mai 1959).